

NvK an Sigismund von Volkersdorf, Eb. von Salzburg. Er bittet ihn, dem Befehl des Papstes entsprechend die Verwaltung des Bistums Brixen zu übernehmen und hierfür seinen Kanzler Bernhard von Kraiburg zu entsenden. Zudem berichtet er von dem in Siena begonnenen Häresieprozess gegen den inzwischen flüchtigen Lorenz Blumenau, der falsche Lehren verbreitet und den Herzog und die Brixner Untertanen zur Missachtung der kirchlichen Autorität verleitet habe.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StA*, *Cod. Cus.* 221 p. 135f. Über dem Text: Domino Saltzburgensi.

Ern.: Scharpff, *Cardinal und Bischof I* 327; Jäger, *Streit II* 83f., 102; Joachimsohn, *Gregor Heimburg* 188; Boockmann, *Laurentius Blumenau* 174.

Rev^{me} in Christo pater et domine mi singularissime. S^{mus} dominus noster papa scribit r^{me} p. v. de sententia et advocacione administracionis ecclesie Brixinensis mittitque commissionem illius administracionis r^{me} p. v., ut illam vices sue per cancellarium vestrum exerceatis.¹⁾ Spero, quod dominus Bernhardus²⁾ erit contentus hoc onus
 5 subire, quo casu certus est s. d. n., quod r^{ma} p. v. non recusabit assistere apostolice sedi. Mittitur igitur ad eandem r. p. v. Caspar de Oberweinper³⁾, familiaris meus, qui, si qua ultra scripta dicenda sunt, dicere poterit. Confisus de magna gracia, quam semper in oculis r^{me} p. v. inveni, hoc necessitatis tempore certus sum, quod eadem ecclesie mee nequaquam deficiet, sed studebit complacere apostolice sedi, iusticie mee et neccessi-
 10 tati ecclesie Brixinensis, et puto, quod rem istam melius quam alius quicumque ad pacem conducat.

Item, re^{me} pater, quidam Laurentius⁴⁾ doctor missus ad papam, ut quandam appellacionem⁵⁾ Sigismundi olim ducis a papa male informato ad eundem melius informandum insinuaret, in publico consistorio fuit per s. d. n. reiectus cum frivola appellacione
 15 et sibi fuit silencium indictum. Nam non erat opus meliori informacione, cum sacrilegium sit notorium et quia ipse seduxit clerum et populum diocesis Brixinensis, cum illa et alia tempore Calisti appellacione interposita fuit.⁶⁾ Causa contra ipsum commissa tamquam suspectum de heresi, quia credit appellaciones frivolas iuris sententias et latas censuras suspendere et hoc perswasit, non recte de obediencia apostolice sedis et
 20 clavibus senciens; et fuit arrestatus, ne recederet sub <pena> perpetue infamie et centum marcarum argenti. Et quando ipse pecierat copiam commissionis, quam habuit, et datus fuit ei terminus respondendi, timens, quod scalas⁷⁾ evadere nequiret, in dissimulato habitu dimissis familiaribus suis turpiter aufugit.⁸⁾ Nunc autem aucta suspicione heresis contra illum infamem in iure proceditur et condempnabitur, si non
 25 fuerit innocens repertus.

Hec scribo re^{me} p. v., si ad aures pervenerit aliquid, ut sciat rei veritatem. Nam tales viri persecutores salutis animarum, ut dominis suis placeant, omnia facinora committant. Destruunt obedienciam et ecclesiasticam reverenciam et libertatem et omnem heresim inducunt. Quando ego abii post liberationem meam, Sigismundus et consocii
 30 sacrilegi se excommunicatos recognaverunt, ut attestantur littere ipsius Sigismundi, quas habeo.⁹⁾ Sed ille heresiarcha abstulit ab omnibus dei timorem per hereticam suam persuasionem et frivola appellacionem in tantum, quod modo iustificare presumunt

8 eadem: *em.* eodem.

horrendum sacrilegium. Post sententiam latam contra illum Laurencium omnia reverendissime p. v. significabuntur. Valeat r. p. v. felicissime. Ex Senis xii augusti 1460.

N. cardinalis sancti Petri. 35

1) S.u. Nr. 6294 (1460 August 15).

2) Bernhard von Kraiburg, Kanzler des Eb. von Salzburg.

3) Kaspar von Oberweinper, ehemaliger Hauptmann zu Taufers und Buchenstein. Zu seiner Mission s. bereits oben Nr. 6276, 6283.

4) Lorenz Blumenau, Rat Hz. Sigismunds. Zu seinem Auftritt im päpstlichen Konsistorium s.o. Nr. 6281 Z. 50-70.

5) S.o. Nr. 6265 (1460 Juli 14).

6) S.o. Nr. 5489 (1458 Februar 6).

7) D.h. die Leiter des Schafotts; vgl. Jäger, Streit II 84 Anm. 14.

8) Zu den Umständen der Flucht des Lorenz Blumenau s. auch Nr. 6290.

9) Gemeint ist Nr. 6183 vom 24. April 1460; vgl. dort die in Anm. 1 angegebene Randnotiz des NvK.